

sindicis factum est per manus mei predicti Guillelmi. Calvelli notarii. signo meo et subscriptione. et sigillo predicti Iudicis et nostrum subscriptorum testium subtestationibus roboratum. Quod scripsi Guillelmus ego publicus Calvelli notarius quia interfui. et meo. signo signavi. (*Segue il tabellionato*).

† Ego Iacobus de Ferraro Baiulus Calvelli q. s.

† Ego Iordanus de sancto Antonio Iudex Calvelli.

† Signum crucis Iohannis greci.

† Signum crucis Iohannis Iuctiani.

† Signum crucis petri de cressendo.

† Signum crucis Roberti de auromundo.

**N. 32.**

A. D. 1276

(18 giugno, Indiz. IV).

<i>Provenienza</i>	Biblioteca Comunale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Nicolaus Raynerius not.</i>
<i>Contenuto</i>	Si riporta in questo documento la disposizione di Papa Innocenzo V, il quale dà incarico al Vescovo di Minervino <i>Biviamus</i> di esaminare se è vero che i barlettani abbiano sacrilegamente derubato dalla Chiesa di Canne il corpo del beato Ruggiero e di punirli come del caso.
<i>Bibliografia</i>	Copia estratta dall'Ughelli « Italia Sacra » pag. 795, Venetiis 1720.
<i>Osservazione</i>	L'identità dei nomi del notaio, del giudice e delle persone contenute nel documento, confermata dai nomi dei documenti coevi, è la via sicura per dimostrare la loro autenticità.

Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi 1276 regnante Domino nostro Karolo Dei gratia magnifico rege Siciliae, ducatus Apuliae, principatus Capuae, almae Urbis Senatore, Antegaviae provinciae et Forcalquerii Comite, ac Romani Imperii in Tuscia per Sanctam Romanam Ecclesiam Vicario generali Regno eius anno XI, mense Iunii 18 die eiusdem quarta Indictione, apud Barolum. Nos Robertus de Argintera regalis Baroli Iudex, Nicolaus Raynerius pu-